11 (25)

SIXTUS PP IIII

Dilecti filii salut et apostolicam ben. Devotionis vestre sinceritas fideique constantia quam ad nos et Sed. Ro. ecclesie statum gerere comprobamini digne meretur ut vobis reddamur ad gratiam liberales. Itaque omnia
et singula statuta vestra: reformationes: ordinationes: necnon privilegia: concessiones: immunitates: exemptiones: gratias: atque indulta per ro. pontifices predecessores nostros apostolicos ne legatos aut alios facultatem
habentes vobis concessas sive concessa illas validicare et illa que iusta ac rationabilia sunt et in preiudicium sedis libertatis non tendunt tenore presentium approbamus et auctoritate apostolica confirmamus
prout hactenus laudabiliter observata fuerunt. Insuper de pecuniis quas camere apostolice ratione subsidii aut alias quomodolibet annuatim solvere tenemini tertiam partem unius anni a data presentium
computandi tenore presentium vobis remittimus et liberaliter condonamus. Mandantes thesaurario provincie nostre patrimonii pro tempore existenti ut remissa ratione quod dicta tertia in computationem maiorum
vestrorum et non in alios usus convertatur eam in suis computis admittat prout nos in suis admittimus computis. Preterea ut nostre paterne benivolentie in vos signa percipiatis concedimus vobis tenore presentium auctoritatem
et facultatem exigendi pedagium animalium que transeuntur in hunc modum: Videlicet pro qualibet morra sive branchia pecudum transeuntium unum animal sive XX solidos: pro aliis non animalibus fiat tabula que
apud vos consuet donec per venerabilem fratrem nostrum Latinum episcopum Tusculanum Sedis Ro. ecclesie Cardinalem de Ursinis Camerarium nostrum aliud desuper fuerit declaratum. Ita tamen ut massaritia que solvere transitu
non teneatur solvere in reditu. Demum concedimus et harum serie decernimus declaramusque quod potestas vester pro tempore aliique officiales non possint nec debeant nomine ecclesie vel ea procedere aut
executionis exigere quicquam preter formam statutorum vestrorum prout per Sedem me. Pauli ii nostri immediati predecessoris certis litteris super hoc editas ac littera ad verbum presentibus inserte essent habere volumus
pro sufficienter expressis Communitati nostre Monisflasconis concessum fuit et non aliter: Quibuscumque contrariis forsitan non obstantibus. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub anulo piscatoris Die
XXVI Septembris MCCCCLXXI Pontificatus nostri Anno Primo.

L. dathus

89.

Breue qd potas nō accipiat sportulas ultra formas statutorum
Terr Aquependentis: concessum: per felicem recordationē pp
Sixti quarti: huchusq inviolabiliter obseruatum ab omnibus pretoribus
In confirmatione privilegiorum et statutorum eiusdem, In exactione pedagij
animalium [illegible] [illegible] de uno animali pro quolibet [illegible]
~~argumenta digna qua~~ [illegible] [illegible] solidos, et pro alijs animalibus [illegible]
Tabula patrimonij, In relaxatione tertie partis subsidij Apostolici
pro restauratione murorum Terre Aquependentis sub anno 1471 1471.

Dilectis Filijs Comunitati & homini
Terre nostre Aquependentis:~

[illegible] potas non accipiat sportulas [illegible]
~~[illegible]~~ ultra forme [illegible]

[illegible] sportulis

ARCHIVIO STORICO ACQUAPENDENTE